sibi ipsis in perniciem dicentes Deus meus pone illos ut rotam et sicut stipulam
ante faciem venti Sicut ignis comburens silvas et sicut flamma comburens montes ita
imple facies eorum ignominia et querent nomen tuum domine etc.
Non vidisti de quodam romano pontifice nimis ad amicos carnales affectuoso quod
statim post mortem eius ostensum est celitus fuit quod pontifici in legatione tunc longe a
terra posito. Quadam enim mane ut cum excitatus a sompno vellet orare
ut consueverat submissus est quidam lectus in superficie aureis capitibus
conspectus in camera ubi requiescebat in quo residere videbatur ipse defunctus
ad modum summi pontificis et in giro multi de genere suo per eum promoti et di-
gnitati coram ducebant et cantilenas lugubres cantantes in hunc modum
proclamabant Maledicta promotio tua et exaltacio tua enim est perdicionis
nostre causa Ille vero tunc quamquam respiciens maledicebat ipsis pro dicens Male-
dicti vos adeo quia propter vos perdidi regnum celeste et ducimi ad locum iehen-
ne et hoc dicens cooptorium aureum elevavit et flamma de lecto tunc
de fornace cum fumo fetidissimo ascendit et visio disparuit Christus pau-
perum non pauperibus dare pro sublegatis cognatis demonstrat Ipse enim ut ecclesia
ordinavit hic qui evangelio serviunt de evangelio querunt aut hic delicias aut
ornatum Sed vivere ut ait apostolus ideo ut sint contenti alimento corporis non gule
irritamenta aut incentiva libidinis et quibus tegantur non quibus ornentur
Et item clericus qui habet partem in terra non habet partem in celo Si quippiam habuerit
preter dominum pars eius non erit dominus ut supra Si aurum si argentum si possessiones
si variam supellectilem cum istis dominus pars eius fieri non dignatur Sed heu dimissis
quid est et sunt antiquorum honorati incedunt de bonis dei vivunt qui ho-
nore domini non deserviunt Ex premissis igitur potest adequatulum in quali et quanto periculo
sit hodie status clericorum et quanta prevenerunt scandala quantaque occasiones suscitant
in ecclesia Illi enim qui ecclesiam persequuntur illi acerbius sanguinem fuderunt
qui corpus christi in ipsis in corpore occiderunt Tales utique non sunt ecclesiastici qui
malo exemplo corrumpunt animas et occidunt Unde bernardus Sed dominus dedit christum
sanguinem in precium redempcionis animarum Nonne tibi videtur graviorem sustinere persecutionem
qui suggestione mala vel exemplo pernicioso scandali occasionem auferre ab eo animas quas
redemerit suo precioso sanguine fundendo Unde reges vide duces comites et
barones nichil videbis eorum culmen et apparatum in singularitate exquisitum
nulla curia tales repperies quod si clericos habent collocabiliores est infima
De luxuria nichil ad presens diffinire presumo nisi quod ille novit solus
qui cordium et renum scrutator est deus Et si queris de gula que
est fomentum luxurie invenies propter semel in anno clericis fieri solet sed
clericorum cottidie Si quis autem propter hec predicta michi insistat de ...

Ex.